

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXI. De præparatorijs, quæ coucurrunt fimul cum baptismo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

originalis, uidetur quod omnes qui in deserto moriuntur sunt, tam parvuli quam adulti, fuerint damnati. & eadem obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis: quia praeueniri non debet, ut dictum est.

Pret. Nihil impedit introitum regni caelestis, nisi peccatum: sed circuncisi ante passionem Christi impediebant ab introitu regni caelestis. non ergo per circuncisionem homines iustificabatur a peccato.

Sed contra Augustinum, * dicit ad Valerium contra Julianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, * quae erat signaculum fidei iustificationis Dei, ad sanctificationem purgationis valebat parvulus originalis ueterisq; peccati: sicut & baptismus ex illo caput ualeare tempore ad innovationem hominis, ex quo institutus est.

RESPON. Dicendum, quod ab omnibus communi ponitur, quod in circuncitione peccatum

originalis remittetur. Quidam tamen dixerunt, per illud quod non conferebatur gratia, sed solum auferreba-

tur peccatum, quod Magister ponit in prima dist. *

As. & sent. & Roma. 4. in glo. † sed hoc non potest esse quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam, &c. & ideo alii dixerunt, quod per circuncisionem conferatur gratia, quantum ad effectus remissionis culpe, sed non quantum ad effectus positivos, ne cogatur dicere, quod gratia in circuncitione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superflius fuerit aduentus Christi. sed haec etiam possumus stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore peruenienti ad gloriam, quae est ultimus effectus positivus gratiae. secundo, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causae formalis effectus positivi, quam priuatiui, licet secundum ordinem causa materialis sit econuersio: forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alii dixerunt, quod in circuncitione conferatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positivum, qui est facere dignum uita eterna, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam somnis, nec ad implendum mandata legis, quod etiam aliquando mihi uisum est: sed diligenter consideranti appetit hoc non effectuerum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentia, & uitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum est, quod in circuncitione conferatur gratia quantum ad omnes a gratia effectus, aliter tamen quam in baptismo. Nam in baptismo conferatur gratia ex uirtute ipsius baptismi, quam habet in quantum est instrumentum passionis Christi iuncta perfectio. * In circuncitione autem conferatur gratia, non ex uirtute circuncisionis, sed ex uirtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio scilicet, quod homo qui accipiebat circumcisio pulchritudinem, profitebatur se suscipere tales fidem: uel adulatus pro se, uel aliis pro paruulis. unde & Apostolus dicit Roma. 4. quod Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quia scilicet iustitia erat ex fide significata, non ex circunci-

sione significante. & quia baptisma operatur instrumentaliter in uirtute passiois Christi, non autem circuncisio; ideo baptisma imprimis characterem incorporantem hominem Christo, & copiosorem gratiam confert quam circuncisio: maior enim est effectus rei iam presentis, quam spes.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si ex circuncisione esset iustitia aliter, quam per fidem passionis Christi.

Ad SECUNDVM dicendum, quod sicut ante institutionem circuncisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros, quam adulti, ita etiam & circuncisione data: sed antea non requirebatur ali

BED CONTRA est, quod Aug. † dicit ad Valerium contra Julianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, * quae erat signaculum fidei iustificationis Dei, ad sanctificationem purgationis valebat parvulus originalis ueterisq; peccati: sicut & baptismus ex illo caput ualeat tempore ad innovationem hominis, ex quo institutus est.

RESPON. Dicendum, quod ab omnibus com-

uni ponitur, quod in circuncitione peccatum

originalis remittetur. Quidam tamen dixerunt, per illud quod non conferebatur gratia, sed solum auferreba-

tur peccatum, quod Magister ponit in prima dist. *

As. & sent. & Roma. 4. in glo. † sed hoc non potest esse quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam, &c. & ideo alii dixerunt, quod per circuncisionem conferatur gratia, quantum ad effectus remissionis culpe, sed non quantum ad effectus positivos, ne cogatur dicere, quod gratia in circuncitione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superflius fuerit aduentus Christi. sed haec etiam possumus stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore peruenienti ad gloriam, quae est ultimus effectus positivus gratiae. secundo, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causae formalis effectus positivi, quam priuatiui, licet secundum ordinem causa materialis sit econuersio: forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alii dixerunt, quod in circuncitione conferatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positivum, qui est facere dignum uita eterna, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam somnis, nec ad implendum mandata legis, quod etiam aliquando mihi uisum est: sed diligenter consideranti appetit hoc non effectuerum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentia, & uitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum est, quod in circuncitione conferatur gratia quantum ad omnes a gratia effectus, aliter tamen quam in baptismo. Nam in baptismo conferatur gratia ex uirtute ipsius baptismi, quam habet in quantum est instrumentum passionis Christi iuncta perfectio. * In circuncitione autem conferatur gratia, non ex uirtute circuncisionis, sed ex uirtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio scilicet, quod homo qui accipiebat circumcisio pulchritudinem, profitebatur se suscipere tales fidem: uel adulatus pro se, uel aliis pro paruulis. unde & Apostolus dicit Roma. 4. quod Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quia scilicet iustitia erat ex fide significata, non ex circunci-

D. 344.

Dama. lib. 4.
cap. 26. circa
prin.
In li. q. sup.
lo fue. c. 6.
a medio. te-
mo 4.

Contra Augustinum, * dicit ad Valerium contra Julianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, * quae erat signaculum fidei iustificationis Dei, ad sanctificationem purgationis valebat parvulus originalis ueterisq; peccati: sicut & baptismus ex illo caput ualeat tempore ad innovationem hominis, ex quo institutus est.

RESPON. Dicendum, quod populus in de-

serto praetermittens mandatum circuncisionis, ex-

cusabatur: tum, quia nesciebant quando casta mo-

uenda erant: tum, quia (ut Dama. c. * dicit) non ne-

cesse erat eos aliquod nigrum distinctionis habere,

cum seorsum ab aliis populis habitabant. & tamen,

ut Aug. † dicit, inobedientiam incurrebant, qui ex

contemptu praetermittebant. Videtur tamen, quod ex

nulli circuncisi mortui fuerint in deserto: quia,

ut in psalm. 104. dicitur, non erat in tribubus eorum

infirmitus: sed illi soli uidentur mortui in deserto,

qui fuerint in Aegypto circucisi: si tamen aliqui in-

circuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de

his, qui moriebantur ante circuncisionis institutio-

nem: quod etiam intelligendum est de pueris, qui

moriebantur ante octauum diem tempore legis.

Ad QUARTVM dicendum, quod in circuncisio-

ne auferrebat originalis peccatum ex parte perso-

nae: remanebat tamen in impedimentum intrandi in

regnum celorum ex parte totius naturae: quod sicut

sublatum per passionem Christi. & ideo etiam bat-

ptismus ante passionem Christi non introducbat

in regnum, sed & circucisio si haberet locum post

passionem Christi, introduceret in regnum.

Ad QUINTVM dicendum, quod adulti quando

circuncidebantur, conseqeabantur remissio-

nem, non solum originalis peccati, sed etiam actualium

peccatorum: non tamen ita quod liberarentur ab

omni reatu propriae, sicut fit in baptismo, in quo con-

fertur copiosior gratia.

QVAESTIO LXXI.

De preparatorijs, que simul concurrunt, cum baptismo, in quatuor articulos divisas.

DEINDE considerandum est de prepa-

ratorijs, que simul concurrunt cum ba-

ptismo.

Et CIRCA hoc queruntur quatuor.

Primo, Vtrum cathechismus debeat praecedere baptismum.

Secondo, Vtrum baptismum debeat praecedere exorcismus.

Tertio, Vtrum ea que aguntur in cathechismo &

exorcismo, aliquid efficiant uel solum significant.

Quarto, Vtrum baptizandi debent cathechiza-

ri, uel exorcizari per sacerdotes.

Tertia S. Thomæ. FF ARTI-

QVAEST. LXXI.

ARTICVLVS PRIMVS.

Virum cathechismus debeat præcedere baptisum.

4. diff. 6. 2. q.
art. 2. q. h.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod cathechismus non debeat præcedere baptisum. Per baptisum enim regenerantur homines in uitam spiritualem: sed prius homo accepit uitam quam doctrinam. non ergo prius debet homo cathechizari, id est doceri, quam baptizari.

¶ 2 Præt. Baptisum exhibetur non solum adultis, sed etiam pueris, qui non sunt doctrinæ perceptibiles: eo quod non habent usum rationis. ergo ridiculum est eos catechizare.

¶ 3 Præt. In cathechismo cōfiteñ cathechizatus suā fidem: sed pueri non possunt suam fidem confiteri, neque per seipſos, neque etiam aliquis alius pro eis: tum, quia nullus potest alium ad aliquid obligare: tum etiam quia non potest aliquis scire, utrum pueri cum ad legitimam aetatem peruerenter, assentiant fidei. non ergo debet cathechismus prædere baptisum.

Lib. I. c. 25. a
medullinus.

SED CONTRA est, quod Rabanus de institutione clericali dicit, * Ante baptisum, cathechizādi debet hominem prætentire officium, ut fidei primū cathecumens accipiatur rudimentum.

Q. præc.
art. 1.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) baptisus est fidei christiana sacramentum, cum sit quadam professio fidei christiana. Ad hoc autem quod aliquis fidei accipiat, regitur quod de fide instruatur, secundum illud Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Et ideo ante baptisum conuenienter præredit cathechismus, unde & Dominus præceptum baptizandi discipulis tradens, præmittit doctrinam baptismo dicēs. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uita gratiæ, in qua regenerantur aliquis per baptisum, presupponit uitam naturæ rationalis: in qua homo potest esse particeps doctrinæ.

Q. 69. art. 6.
ad 3. arg. &
§ 8. art. 9.

AND SECUNDVM dicendum, quod sicut mater Ecclesia (ut supra dictum est) * accommodat pueris baptizandis aliorum pedes, ut ueniant, & aliorum cor, ut credant, ita etiam accommodat eis aliorum aures, ut audiant, & intellectum, ut per alios instruantur. & ideo eadem ratione sunt cathechizādi, quia sunt baptizandi.

AND TERTIVM dicendum, quod ille qui pro pueri baptizato responderet, Credo, non prædicti pueri crediturum, cum ad legitimos annos peruerterit: alioquin diceret, Credet, sed profiteretur fidem Ecclesiae in persona pueri, cui communicatur, cuius sacramentum ei tribuitur, & ad quam obligatur per alium: non est enim inconveniens, quod aliquis obligetur per alium in his quæ sunt de necessitate salutis. Similiter etiam partinus pro puero respondens promittit se operam daturum ad hoc quod puer credat: quod tamen non sufficeret in adultis, usum rationis habentibus.

ARTICVLVS II.

Inf. art. 3. ad
3. & 4. diff. 6.
q. 2. art. 3. q.
1. per tot. &
q. 2. ad 4.

Virum exorcismus debeat præcedere baptisum.

AND SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod exorcismus non debeat præcedere baptisum. Exorcismus enim cōtra energumenos, id est, arreptitos ordinatur: sed non omnes baptizandi sunt tales. ergo exorcismus non debet præcedere baptisum.

¶ 2 Præt. Quādiu homo s̄e iacet peccato, diabolus in eum habet potestatem, quia ut dicitur Io. 8. qui

ARTIC. I. II. ET III.

Facit peccatum, seruus est peccati: sed peccatum tollitur per baptisum. non ergo ante baptisum sunt homines exorcizandi.

¶ 3 Præt. Ad arcendum dæmonum potestatem, introducta est aqua benedicta, non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi p exorcismos.

SED CONTRA est, quod Cælestinus Papa dicit, * Siue parvuli, siue iuvenes ad regenerationis ueniam sacramentum, non prius fonte uitæ audeant, quam exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abiiciatur.

RESPON. Dicendum, quod quicumque sapienter aliquod opus facere proponit, prius remouit impedimenta sui operis, unde dicitur Hier. 4. Nō uote uobis nouale, & nolite serere super spinas. Dia bolus autem hostis est humana salutis, quæ homini per baptisum exhibetur, * & habet potestatē aliquam in hominem, ex hoc ipso quod subdit originali peccato, uel etiam actuali. Unde conuenienter ante baptisum expelluntur dæmones p exorcismos, ne talutem hominis impediant: quā quidem expulsionem significat exuffratio. Benedictio autem cum manus impositione, præcludit expulso uiam, ne redire poslit. Sal autem in os missum, & narium, & aurium sputo linitio, significat receptionem doctrinæ fidei quātum ad aures, & approbationem, quātum ad nares, & confessionem, quantum ad os. Olei uero inunctione significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmons.

AND PRIMVM ergo dicendum, quod energumeni dicuntur, quasi interius laborantes ex intrinseca operatione diaboli. & quāmuis non omnes accidentes ad baptisum, corporaliter ab eo uexentur: omnes tamen non baptizati potestati dæmonū subiiciuntur, saltē propter originalis peccati reatum.

AND SECUNDVM dicendum, quod in baptismo per * ablutionē peccati excluditur potestas dæmonis ab homine, quantum ad hoc, quod impedit eū a perceptione gloriae: sed exorcismi excludunt potestatem dæmonis, in quantum impedit hominem a perceptione sacramenti.

AND TERTIVM dicendum, quod aqua benedicta datur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab exteriori: sed exorcismus ordinatur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab interiori. unde & energumeni dicuntur, quasi interius laborantes, illi qui exorcizantur. Vēl dicendum, quod sicut in remedium contra peccatum, secundo datur poenitentia, quia baptisus non iteratur, inā remedium contra impugnationes dæmonum, secundo, datur aqua benedicta, quia exorcismi baptismales non iterantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.

AND TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ea que aguntur in exorcismo, non efficiant aliqd: sed solū significant. Si enim puer post exorcismos moriatur ante baptisum, salutem non consequitur: sed ad hoc ordinatur effectus eorum, quæ in sacramentis aguntur, ut homo consequatur salutē. unde Marci vlt. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo ea quæ aguntur in exorcismo, nihil efficiunt, sed solum significant.

¶ 2 Præt. Hoc solū requiritur ad faciū nouę legis, ut sit signū & cauſa, ut supra dictū est. * Si ergo ea quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant, uidetur,

tur,

tur, quod singula sint quedam sacramenta.
¶ 3 Præt. Sicut exorcismus ordinatur ad baptisimū, ita etiam si aliqd in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectū baptisimi: sed dispositio ex necessitate p̄cedit formā perfectam: quia forma non recipitur nisi in materia disposita. sequeretur ergo, q̄ nullus posset consequi effectum baptisimi, nisi prius exorcizetur, quod patet esse falso. non ergo ea quae aguntur in exorcismis, aliquem effectum habent.

¶ 4 Præt. Sicut quedam aguntur in exorcismo ante baptismum, ita etiam quedam aguntur post baptismum, sicut quod sacerdos baptizatum christum uertice: sed ea quae post baptismum aguntur, non uidentur aliquid efficere: quia secundum hoc effectus baptisimi esset imperfectus. ergo nec ea que ante baptismum aguntur in exorcismo.

SED CONTRA est, quod August. * dicit in lib. de Symbolo, Parvuli exuflantur & exorcizantur, ut pellant ab eis diaboli potestas inimica, quae decipit hominem. Nihil autem agitur frustra per ecclesiā. ergo per huiusmodi exuflationes hoc agitur, ut demonum potestas expellatur.

RESPON. Dicendum, quod quidam dixerunt ea que in exorcismo aguntur, nihil efficere, sed solum significare: sed hoc patet esse falso, per hoc quod ecclesia in exorcismis, imperatiuis ierbis utitur ad expellendam dæmonis potestatem: puta cū dicit, ergo maledicite diabolo ex ab eo &c. & ideo dicendum est, quod aliquem effectum habent differenter tamen ab ipso baptismo. Nam per baptismum datur homini gratia ad plenam remissionē culparum. Per ea uero quae in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum salutaris gratie percipiendae: quorum unum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones hominis salutem impeditur conantur. & hoc impedimentum excluditur per exuflationes, quibus potestas dæmonis pellicitur (ut patet ex inducta auctoritate Aug. *) quantum, scilicet ad hoc, quod non præstet impedimentum sacramenti suscipiendo. Manet tamen potestas dæmonis in homine, quantum ad maculam peccati & reatum poenae, quoque peccatum per baptismum tollatur. & secundum hoc Cyprianus dicit, * Scias diaboli nequitum posse remanere usque ad aquam salutarem: in baptismo autem omnem nequitum amittere. Aliud impedimentum est intrinsecum, prout scilicet homo ex infectione originalis peccati habet sensus præclusos ad percipiendam salutis mysteria. Vnde Rabanus de institutione clericorum dicit, * quod per salutem typicam & facer dotum actum, sapientia & uirtus diuina salutem catechumeni operatur, ut aperiantur eis nares ad percipiendum odorem notitiae Dei, ut aperiantur eis aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur illi sensus in intimo corde, ad respondendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per ea quae aguntur in exorcismo, non tolluntur cuius propter quam homo punitur post mortem: sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpa per sacramentum, unde post mortem exorcismus non ualeat sine baptismo. Præpositinus tamen dicit, quod pueri exorcizati, si moriantur ante baptismū, minores tenebras patiunt: sed hoc non vir uerum: quia tenebra illæ sunt carentia diuinæ visionis, quæ non recipit magis & minus.

AD SECUNDVM dicendum, quod de ratione sacramenti est, quod perficiat principalem effectum, qui ex gratia remittens culpam, uel supplēs aliquem hominis defectum: quod quidem non sit per ea q̄

A aguntur in exorcismo: sed solum hīmōi impedimenta tolluntur: & ideo non sunt sacramenta, sed sacra mentalia quedam.

AD TERTIVM dicendum, quod dispositio sufficiens ad suscipiendum gratiam baptisimalem, est fides & intentio, uel propria eius qui baptizatur, si sit adultus, uel ipsius ecclesia, si sit parvulus. Ea tēro quae aguntur in exorcismo, ordinantur ad remo tiendum impedimenta: & ideo sine eo potest aliq̄ consequi effectum baptisimi. Non tamen sunt hī modi prætermittenda, nisi in necessitatibus articulo, & tunc cestante periculo debent suppleri, ut seruit uniformitas in baptismo. Nec frustra suppletur post baptismum: quia sicut impeditur effectus baptisimi, antequam percipiatur, ita potest impedi ri post quam fuerit perceptus.

AD QUARTVM dicendum, quod eorum quae aguntur post baptismum circa baptizatum, aliquid est quod non solum significat, sed efficit: puta iniuratio ne quae fit in uertice, que operatur conservatiō nem * gratie baptismalis. Aliquid autem est, quod nihil efficit, sed solum significat: sicut q̄ datur ei vestis candida, ad significandum nouitatem vite.

Alias ad cōseruationē

ARTICVLVS I V I.

Vtrum sit officium sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum.

C AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod nō sit sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum. Ad officium enim ministrorum pertinet habere operationem super immundos, ut Dion. * dicit 5. c. Eccl. hic. sed catechumeni, qui instruuntur in catechismo, & energumeni qui purgantur in exorcismo, computantur inter immundos, ut ibidem Dionys. † dicit. ergo catechizare & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis, sed potius ministrorum.

¶ 2 Præt. Catechumeni instruuntur de fide per scripturam, q̄ in ecclesia per ministros recitatur: sicut enim per lectores in ecclesia legitur uetus testamentum, ita etiam per diacones & subdiacones legitur nouum. & sic ad ministros pertinet catechiza re. Similiter et & exorcizare, ut uidet, ad ministros pertinet: dicit enim Isid. * in quadam epistola, Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter scribere, manusque super energumenos & catechumenos in exorcismo imponere. non ergo pertinet ad officium sacerdotis, catechizare & exorcizare.

¶ 3 Præt. Catechizare idem est quod docere, & hoc idem est quod perficere, quod ad officium episcoporum pertinet, ut dicit Dion. * s. c. Eccl. hier. non ergo pertinet ad officium sacerdotis.

SED CONTRA est quod Nicol. * Papa dicit, Catechismi baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesie fieri possunt. unde Greg. † etiam super Ezech. dicit, Sacerdotes cum per exorcismi gratia, manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt?

RESPON. Dicendum, quod minister comparatur ad sacerdotem, sicut secundarium & instrumentale agens ad principale, ut indicat ipsum nomen ministri. Agens autem secundarium non agit sine principali agente, sed cooperatur principali agenti, in operando. Quanto autem potior est operatio, tanto principale agens potioribus indiget instruens sicut ministris. Potior autem est operatio sacerdotis inquantu confert ipsum sacram, q̄ in preparatorijs ad sacram. & ideo supremi ministri qui dñi diacones, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacerdotum.

Tertia S. Thome. FF 2 dicit,

*Cap. 5. in tit. de sacerdotiū perfec-
tiōnib. & in concepl.*

*Referatur in diff. 2.5. c. Per
lectis. & dic-
tetur esse in
epis. ad Lu-
diendum.*

*Loco citato
in argum. 1.
Referatur de
confess. diff.
4. cap. Cata-
chismi.
Greg. hom.
29. in euang.
medium.*

Da consec^d dicit enim Isid.^{*} quod ad diaconum pertinet affi-
di.25. c. per-
lecis. dicit
stere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, qua-
e iste, in epist.
ad Ludifre-
dum.

B.320
D.159

AD PRIMVM ergo dicendum, quod super immu-
dos ministri habet operationem ministerialem, &
quasi instrumentalem, sed sacerdos principalem.

AD SECUNDVM dicendum, quod lectors & exorcisti
habent officium catechizandi & exorcizandi,
non quidem principaliter, sed sicut in his sacer-
doti ministrantes.

AD TERTIVM dicendum, quod multiplex est in-
structio, una conuersua ad fidem, quam Diony.^{*}
tribuit episcopo in 2.ecc. hier. & potest compete-
re cuilibet prædicatori, uel etiam cuilibet fidelis. Se-
cunda est instructio, qua quis eruditus de fidei ru-
dimentis, & qualiter se debeat habere in susceptio-
ne sacramentorum, & haec pertinet secundario qui-
dem ad ministros, principaliter autem ad sacerdo-
tes. Tertia est instructio de conueratione christia-
nae uitæ, & haec pertinet ad patrinos. Quarta est in-
structio de profundis mysterijs fidei, & perfectio-
ne christianaæ uitæ, & haec ex officio pertinet ad
episcopos.

Cap.2. eccl.
hier. par.2.

T Super Quatio. 72.
Articulum primum
& secundum.

IN art. 1. & 2. q. 72.
aduerte unum, s. q.
christia, hoc est, com-
positum ex oleo &
balsamo, non ita est
materia sacramenti
confirmationis, sicut
aqua est materia ba-
ptismi, qd sine balsa-
mo confirmatione tra-
dita ualeat, sine aqua
autem baptismus no-
valeat. Et de hoc extar-
textus clarus de sacra-
mentis non reiteran-
dis, c. pectoralis, ubi
queritur si confirmationis
sacramentum in eo debeat reite-
ri, qui per errorem
fuit non christiate, sed
oleo delinitus, &
respondebat qd non
est aliquid iter adum, sed
caute suppendit, qd
incaute fuerat
prætermisum. Ex hoc
enim apparet sacra-
mentum confirmationis
quod ad substantia-
lia, suffice complectum
sine balsamo: sufficit
siquidem aliquo rei-
terandum sine balsa-
mo collatum. Unde
intelligimus misum
ex oleo, & balsamo
(quod christia con-
ficiuntur vocare) ef-
fe regulaarem mate-
ria confirmationis de
necessitate precepit,
& non de necessitate
sacramenti. Et uidet-
ur hoc ab ecclesia
præcedenti tempore

Sup. q. 65. a.
1. & 4. d. 5. q.
1. ar. 2. co. &
dit. 7. q. 1. ar.
1. q. 1. per 10.
& 4. cont. c.
Q. 64. ar. 58

QVAESTIO LXXII.

De sacramento Confirmationis in duo
decim articulos diuisa.

ONSEQUENTER consi-
derandum est de sacra-
mento confirmationis.

Et CIRCA hoc queruntur
duodecim.

Primo, Vtrum confirmatio
sit sacramentum.

Secundo, De materia eius.

Tertio, Vtrum sit de neces-
itate sacramenti, quod chris-
tia fuerit prius per episcopum
consecratum.

Quarto, De forma ipsius.

Quinto, Vtrum imprimat
characterem.

Sexto, Vtrum character con-
firmationis presupponat cha-
racterem baptismale.

Sequente, Vtrum cōferat gratia.

Octavo, Cui competit recipi-
re hoc sacramentum.

Nono, In qua parte.

Decimo, Vtrum requiratur ali-
quis, qui teneat confirmādum.

Vndecimo, Vtrum hoc sacra-
mentū per solos episcopos def.

Duodecimo, De ritu eius.

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum confirmatio sit sacramentum.

AD PRIMVM sic procedit. Vf
qd cōfirmatio non sit sacra-
mentum. Sacramenta n. ex diui-
na instruzione efficaciā habet,
sicut supradictum est: * sed con-
firmatio non legitur a Christo

F instituta ergo nō est sacramentū.
T2 Præt. Sacramēta nouæ legis,
in ueteri lege p̄figurata fuerunt,
unde Apostolus dicit 1. Corin.
10. quod omnes in Moysē bapti-
zati sunt, in nube & in mari, &
omnes eadē elcam spiritualē
manducauerunt, & omnes eun-
dem potum spiritalem biberūt:
sed confirmatione non fuit p̄fig-
urata in ueteri testamento. nō
ergo est sacramentum.

G ad hominū salutem: sed sine confirmatione potest
esse falsus: nam pueri baptizati, sine confirmatione
decedentes saluantur. ergo confirmatione non est la-
crumentum.

T3 Præt. Sacramenta ordinantur
ad hominū salutem: sed sine confirmatione potest
esse falsus: nam pueri baptizati, sine confirmatione
decedentes saluantur. ergo confirmatione non est la-
crumentum.

SED CONTRA est, qd Melchiades Papa scribit *
Hispaniarum episcopis. De his, super quibus roga-
fis nos, uos informari, utrum manus sit sacramen-
tum, manus impositio episcoporū, an baptismus,
scitur utrumque magnum esse sacramentum.

H RESPON. Dicendum, quod sacramenta nouæ
legis ordinantur ad speciales * gratia effectus: &
ideo ubi occurrit aliquis specialis effectus gratia,
ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia vero sen-
sibilia & corporalia gerunt spiritualium & intelli-
gibilium similitudinem, ex his quæ in uita corporal-
i aguntur, percipere possumus quid in spirituali
uita gratiae speciale existat. Manifestum autem est,
quod in uita corporali specialis quedam perfec-
tio est, quod homo ad perfectam aetatem perueniat, &
perfector actiones hominis agere possit. unde & Apo-
stolus dicit 1. Cor. 13. Cum autem factus sum uir,
euauauī quæ erant paruuli. & inde est etiam, quod
præter motum generationis, quo aliquis accepit ui-
tam corporalem, est in otus augmenti, quo aliquis
perducitur ad perfectam aetatem. Sic igitur & uita
spiritualis homo accipit per baptismum, qui est
spiritualis regenerationis. In confirmatione autem ho-
mo accipit, quasi quandam perfectam aetatem spi-
ritualis uitæ, unde Melchiades Papa dicit. * Spiritu-
sanctus, qui super aquas baptismi salutifero de-
scendit lapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad in-
nocentiam, in confirmatione augmentum praeflat
ad gratiam, in baptismō regenerarum ad uitam,
post baptismum confirmamur ad pugnam, in ba-
ptismo abluimur, post baptismum roboramur. &
ideo manifestum est, quod confirmatione est specia-
le sacramentum.

K AD PRIMVM ergo dicendum, quod circa insitu-
tionem huius sacramenti est triplex opinio. Quidam
enim dixerunt, quod hoc sacramentum non fuit
institutum nec a Christo, nec ab apostolis, sed po-
stea processu temporis in quadam concilio. Alii
vero dixerunt, quod fuit institutum ab apostolis,
sed hoc non potest esse, quia instituere novum sa-
cramentum, pertinet ad potestatem excellentiæ,
qua competit soli Christo. & ideo dicendum est,
quod Christus institutum hoc sacramentum, non
exhibendo, sed promittendo, secundum illud lo-
16. Si non abiiero, Paracletus non ueniet ad uos: si
autem abiiero, mittā cum ad vos: & hoc ideo quia
in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti,
qua

In epist.
Hispaniarum
episcopis.
illis tem-
Concil.